



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ex Illvstrissimo Cardinali Bellarmino Epitome  
Controuersiarum Omnia huius Aeui  
Lvthero-Calvinisticarvm Sub diuersis Titulis bis  
Quadripertitis digestarum**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiae, 1624**

XXIX. An Baptismus liberet à Votis?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11726**

AD III. & IV. Somniat, fingit, & affingit nobis sua deliria: Ecquæ enim consequentia: profitemur in Baptismo, nos Deo seruituros: verum est: Ergo, dicimus. Baptismi gratia pendet à legis cōditione? Vah putidam consequentiam; sed Kemnitianam; nunquam nostram,

## Q V A E S T I O XXVIII.

*An Baptismus liberet à lege Ecclesiastica?*

V THERVS in Capt. Babyl. c. de Bapt. Papam non potest illum hominem per vllam syllabam obligare in conscientia. Idcirco Baptismus, cum liberet à lege quin obligante conscientias sic, ut tametsi peccent in eam, non amen impicietur: magis liberat ab Ecclesiasticis legibus nil obligantibus, nec reatum inducentibus, cui si studiosè peccet, urin ipsas.

C ALVINVS in Antidoto Sess. 7. Can. 8. Lutherum propugnat; impugnat Tridentinum Concilium.

S YADENT. 1. Vnus est salvator, Jac. 4. qui potest perdere & salvare: Vbi hoc falsum esse demonstrauerint, non recusabimus, quin suis nos legibus adstringant.

2. Kemnitii, in Exam. Per Baptismum addicimus divina seruitutem: ergo liberatur ab omnibus aliis vincit. 3. Atque hoc est, quod Scriptura passim docet: Mar. vlt. Baptizantes eos in Eccl. docentes servare eos, quacunque mandauit vobis. 4. 1. Cor 7. Pretio emittestis, nolite fieri servi hominum. 5. Col. 2. Simortuus es tu cum Christo ab elementihius mundi; quid adhuc decretis mundi tenemini, iuxta mandata & doctrinas hominum? Ezech. 20. In præceptis Patrum vestrorum nolite ambulare. Matth. 15. Frustra colunt me mandatū hominum.

A V T O R. Ita Concil. Trident. Sess. 7. Can. 8. Non liberat Baptismus homines ab obligatione Eccl. iusta legi. Supra par. 2. q. de Pontif. id docuimus, Papam obligare conscientias posse.

D I C O AD I. Vnus est, contra, & supra quem nemo potest ligat, occidit; & quis est qui soluat, viuiscet? At subdelegatos habet & in Ecclesia & in Politia,

S. Iacobus autem voluit, non detrahendū esse hominibus: Qui enim ait, detrahit fratri, detrahit legi. Qui detrahit legi, iudicat legē. Nullus autem id attentare debet: quia Vnus est legislator, supremus omniū, tametsi Scriptura etiam hominibus tūlum officiumq; iudicis tribuat. Pro 8. Per me Reges regnant, & Legum Conditores iusta decernunt.

AD II. Liberamur à lege Christo contraria, quæ impedit seruire Deo: at Ecclesiastica iuuat. Vnde Apostolus iubet obediri Magistratui: Eph. 6. Col. 3. Rom. 13. Heb. 13.

AD III. Atqui mandauit obediri Prælati: Luc. 10. Qui vos audit, me audis.

AD IV. Quatenus contrarii sunt Deo, nolite. Cæteroquin seruite etiam hominibus propter Deum. Col. 3. Seruit obediens dominis tanquam Christo. Dereliquis suprà q. 19.

## Q V A E S T I O XXIX.

*An Baptismus liberet à Votis?*

V THERVS in Capt. Babyl. c. de Capt. & l. de Votis monast. Kemnitius, turbaque cætera aiunt.

Item C ALVINVS in Antid. Sess. 7. Can 9. cum affeclis affirmat liberare à Votis & fatus ante, & post futuris, stante vno baptis malo. 1. Quia Deus in Veteri Testamento de singulis dispositus Votis; in Novo nihil. 2. Si vogueamus res præceptas; fructa id: Cum Baptismi votum omnia præcepta complectatur: Sinon præceptas; Baptismo soluimur. 3. In Baptismo plus vogueamus, quam soluendo simus: ergo difficit Deo soluta promissio.

A V T O R. Ita Concilium. Tridentinum.

num Sess. 7. Can. 9. Per Baptismum non sunt irrita omnia vota. Vide luprà p. 2.  
**I.** Quia, vota sunt de iure naturæ. Patet Genes. 28. in voto Iacob. 2. Etiam Apostoli præcepterunt de Votis observandis. 1. Tim. 5. &c. 3. Psal. 75. 3. *Vouete, & reddite.* Eccl. 5. *Si quid voulisti Deo, non moreris reddere.* Et hæc sunt moralia, non ceremonialia. Plura in responsionibus.

**D I C O A D I.** Prius verum; falsum posterius. Liqueat hic, & suprà.

**A D II.** Res præceptæ, accedente voto, ligant arctius; faciuntque duarum actus virtutum. Non præceptæ, sed licetæ, per votum necessariæ, faciliter faciunt abstinere ab illicitis, Deoque adstringunt arctius. Quin, violatio voti repugnat Baptismo: Nam in hoc profitemur, nos Legem Dei obseruaturos: at soluere vota præcipit Lex Dei. De quo alibi.

**A D III.** Blasphemum est assumtū. Nam Matth. 11. *Iugum meum suave est, & onus meum leue.* Rom. 8. *Christus mortuus est, iustificatio legis impleretur in nobis.*

Neque idcirco Baptismus est insufficiens ad salutem; sed Vota plus adiuuāt. Demum & Iudæi in Circumcisione pollicebantur obseruationem legis, & tamen vouere poterant ad melius maiusque Dei obsequium; quantò magis in altiorem inuadere perfectionem fas, parque Christianis?

**Q. V. A. E. S. T. I. O.** XXX.

*An Memoria Baptismi dimittat peccata post acceptum cum fratre?*

**L**VTIÆRVS in Cap. Babyl. cap. de Bapt. Kemnitius in Exam. Caluinus in Antid. Sess. 7. Can. 10. & Institut. l. 4. c. 15. §. 3. 4. Ceterique vniuersi affirmant simpliciter; & propugnant pertinaciter, Sic, quod Baptismus iustificet repræsentando promissionem, excitandoque fidem: Idem vero præstat memoria, repræsentando & excitando. Vnde Pœnitentia nihil est, nisi memoria Baptismi, tollens penas cum culpis. Quocirca male Terrullianus libr. de Pœnitent. & Hieronymus in Isa. 3. ait: *Pœnitentia est secunda post naufragium tabula: quod Baptismus nunquam frangatur.* Vnde plura nobis assingunt & impingunt mendacia: de quibus in Antipap. mend. p. 3. q. 4.

**S**VADENT istis. 1. Lutherus: *Quia Mar. vlt. Qui credideris, & Baptizatus fuisti, saluus eris.* At hoc semper verum permanet. Ita Ista litæ pœnitentes repetabant memoria exitum ex Ægypto. 2. Kemnitius. Quia, in Scripturis si mentio de Effectu Baptismi iam in præterito, nunc futuro, alias præsenti: *Vt Tit. 3. Saluus nos fecit per lauacrum.* Mar. vlt. *Saluus erit.* 3. Pet. 3. *Saluus nos facit.* Eph. 5. *Mundans eam lauacrum.* 3. Kemnitius. Quia, fœdus Dei cum homine perpetuum est. Isa. 54. *In misericordia sempiterna misericors sum tui.* Rom. 3. *Nunquid incredulitas eorum sedem Dei euacuavit?* 2. Tim. 2. *Si non credimus, illud fidelium permanet, negare seipsum non potest.* 1. Tim. 3. *Fornicatae et cum amatoribus multis, tamen reuertere a me.* Ergo fœdus Baptismi non frangitur unquam. Hinc Gal. 3. &c. 1. or. 11. lapsos reuocat ad promissionem gratiae baptismalis. Demum Tit. 3. *Vt iustificati gratia Christi habedes simus vita eterna:* at hæc est generalis ratio iustificationis pro omni tempore.

4. Caluinus. Quia, in Baptismo communicatur Christi puritas: at hæc semper viget. Vnde Patres reprehendunt eos, qui Baptismum differunt ad vitæ finem.

5. Caluinus. Potestas Clavium nequit separari à Baptismo: neutra enim exercetur sine prædicatione Christi passi; cuius signum est Baptismus.

**A V. T. O. R.** Ita Conciliū Tridentin. Sess. 7. Can. 10. *Non potest fieri, ut sola memoriam & fidem suscepit Baptismi peccata remittantur, quæ post Baptismum sunt; sed necessarium est Pœnitentie Sacramentum.*

Ll. 3. 1. Quia,